

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Icones sive imagines virorum literis illustrium

Reusner, Nikolaus

Argentorati, 1587

Hvldrichvs Zvinglivs

[urn:nbn:de:bsz:31-271751](#)

HVLDRICHVS ZVINGLIUS HELVE-
tius, Ecclesiae Tigurinæ Pastor.



Pro sacrī dum pugno fociſq; athleta fidelis,
Cæſus & enſe, cr̄mor martyr & igne duplex.

M. D. XXXI. C v

HVLDRICHVS ZVINGLIUS HEL-
uetius zugij natus Anno
M. CCCCXCIII.

Primâ adolescentiâ studiorum, Basilex primum,
deinde Bernæ, tūm Viennæ Austriae
laudabiliter peracta:

Magister artium & Philosophiae ab Academia
pronunciatuſ Basilex A. M.D. V.I.

Literis pōst sacris initiatuſ ibidem, operā vſus fidelis
Thomæ Vittebachij Theologi clariss.

Sacerdos factuſ primò Claronæ Anno M.D.XVI:
Pastor deinceps in celebri illo Eremitanæ
virginis fano:

Demum Tigurinæ Ecclesiæ summuſ constitutuſ
doctoř & Antistites, Anno M.D. XIX:

Primuſ in Heluetiâ Pontificum indulgentijs forti-
ter ſe oppoſuit: Religionem Euangeliacam instau-
rauit: Fœdus cum hostibus Dei impium for-
tissimæ nationi diſtuaſit ſedulo:

Multis in Religione libris ſcriptis:
Colloquio ob Eucharistiæ negocium publico cum
Theologis Marpurgi habito: Anno

M. D. XXIX:

Bello tandem Helveticō ciuili in caſtris mini-
ſterio fungens ſuo:

Cœſus ab hostibus fortiter occubuit XI. Octob.
Anno Chri. M. D. XXXI. Aet. XLIV.

IN HVLDRICHVM ZVING-
lium Theologum.

THEODORI BEZAE.

Zuinglius arderet gemino quum sanctus amore,

Nempe Dei in primis, deinde etiam patriæ:

Dicitur in solidum se devouisse duobus:

Nempe Deo in primis, deinde etiam patriæ.

Quām bene per soluit simul istis vota duobus,

Pro patriâ exanimis, pro pietate cenis,

A N O N Y M I.

Quid tibi cum rabidi Martis furialibus armis

Dolli ingeni ZVINGLI fuit?

Transfigeris costas putri porrebus arenâ,

Phalangis inter principes.

Debueras inter sacras senuisse Camenæ,

Ac profuisse moribus.

M D XXXIX.

BLB BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

TVMVLVS EIVSDEM.

Qui Christo & patriæ vixit, docuit, vigilauit,
Pro Christo & patriæ fortiter occubuit.
Sed quid rettulerit, quā tandem morte necetur:
Cui, dum viuebat, viuere Christus erat.
Zuinglius occubuit, sed corpore: cetera nunquam:
Nam meliore sui parte superstes erit.
Rumpere liuor edax, vit à qui perpetie Christo,
Quiq[ue], bonis manet, haud mortuus esse potest.
Mors etiam lucro est: multo iam foenore mentis
Fortius exurgent semina sparsa pie.

ETEOSTICHON.

Occubuit patrio bellator Cinglius ense:
Et pressa est armis gens populosa suis.